

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

In Vatinium. Oratio XXXVIII.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-431](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-431)

Oratio

Præstat.

squalore, volutatus est ad pedes inimicissimorum. ego pulsus aris, focus, deis penatibus, distractus a meis, carui patria, quã (vti leuissime dicam) certe texeram: pertuli crudelitatem inimicorum, scelus infidelium, fraudem inuidorum. Si hoc non est satis, quod hæc omnia deleta videntur reditu meo, multo mihi, multo inquam Iudices præstat, in eandem illam recidere fortunam, quã tantam importare meis defensoribus, & conseruatoribus calamitatẽ. An ego in hac vrbe esse possum, his pulsus, qui me huius vrbeis compotem fecerunt: non ero, non potero esse Iudices: neque hic vnquam puer, qui his lachrymis qua sit pietate declarat, amisso patre suo propter me, me ipsum incolumem videbit: & quotiescunque me viderit, ingemiscet: ac pestem suã & patris sui sese dicet videre. ego vero vos in omni fortuna, quęcumque erit oblata, complectar: nec me ab iis, quos meo nomine fordidos videtis, vnquam vlla fortuna diuellet: neque hæ nationes, quibus me senatus commendauit, quibus de me gratias egit, hunc exulem propter me sine me videbunt. Sed hæc dii immortales, qui me suis templis aduenientem receperunt, stipatum ab his viris, & P. Lentulus Consul, atque ipsa Resp. qua nihil est sanctius, vestra potestati commiserunt. vos hoc iudicio omnium bonorum mentes confirmare, improborum reprimere potestis: vos his ciuibus vti optimis, vos me reficere, & renouare Rempublicam potestis. Quare vos obtestor, atque obsecro, vt sicut me saluum esse voluistis, eos conseruetis, per quos me recuperauistis.

IN VATINIVM. ORATIO. XXXIII.



ITVA Tantummodo Vatini quid indignitas postulare, spectare voluissẽ, fecissẽ id, quod his vehementer placebat, vt te cuius testimonium, propter turpitudinẽ vitæ, sordescq; domesticas, nullius momenti putaretur, tacitus dimitterem. nemo enim horum ita te refutandum, vt grauem aduersarium, aut ita rogandum, vt religio sum testem arbitrabatur. sed fui paulo in te intemperatior fortasse quã debui: odio enim tui, in quo etsi omnes propter tuum in me scelus, superare debeo, tamen ab omnibus pene vincor, sic sum incitatus, vt cum te non minus contemnerẽ, quã odissẽ, tamẽ vexatũ potius quã despectum vellem dimittere. Quare ne tibi hunc honorẽ a me ha-

beri forte mirere, quod interrogem, quem nemo congressu, nemo aditu, nemo suffragio, nemo ciuitate, nemo luce dignum putet, nulla me ad id causa impulisset, nisi vt ferocitatem istam tuam comprimerem, & audaciam frangerem, & loquacitatem paucissimis interrogationibus irretitam retardarem. etenim debuisti Vatini, etiam si falso venisses in suspicionẽ P. Sestio, tamen mihi ignoscere, si in tanto hominis de me optime meriti periculo, & temporis eius, & voluntati parere voluissẽ. sed hesternopro testimonio esse mentitum, cum affirmares nullum tibi omnino cum Albinouano sermonem non modo de Sestio accusando, sed vlla vnquam de re fuisse, paulo ante imprudens indicasti: qui & T. Claudium tecum communicasse, & a te consilium P. Sestii accusandi petisse: & Albinouanum, quem antea vix tibi notum esse dixisses, domum tuam venisse, multa tecum locutum, dixeris: denique conciones P. Sestii scriptas, quas neque nosset, neque reperire posset, te Albinouano dedisse, easque in hoc iudicio recitatas. In quorum altero es confessus, a te accusatores esse instructos, & subornatos. in altero incõstantiam tuam cum leuitate, tum etiã periurio implicatã, refellisti: cum quẽ alienissimum a te esse dixisses, eum domi tuę fuisse: quem preuaricatorẽ ab initio iudicasses, ei te, quos rogasset, ad accusandum libros dixeris dedisse. Nimiũ es vehemens feroxque natura. non putas fas esse verbum ex ore exire cuiusque, quod non iucundum, & honorificum ad aures tuas accedat. venisti iratus omnibus. quod ego, simulac te aspexi, prius quã loqui cœpisti, cum ante Gellius, Nutricula seditiosorum omnium, testimonium diceret, sensi, atque puidi. repete enim te, tanquam serpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti. vt mihi renouatus ille tuus in te veterem eum amicum, sed tamẽ suum familiarem defenderim. cum in hac ciuitate opugnatio soleat, qua tu nunc vteris, nonnunquam defendi, nonnunquam vituperari. Sed quero a te, cur C. Cornelium non defenderem: num legem aliquam Cornelius contra auspicia tulerit: num Heliam: num Fusiam legem illa serit: num Consuli vim attulerit: num armatis hominibus templum tenuerit: num intercessorem vi deiecerit: num religiones polluerit: ararium exhauserit: rempublicam compilarit: tua sunt, tua sunt hæc omnia. Cornelio eiusmodi nihil obiectum est. codicem legisse dicebatur: defendebatur testibus Collegis suis, non recitandi causa legisse,

Preuaricator.

Nutricula

✱

Illedere.

sed recognoscendi. Tu vero, cui Co-
rulle. Tu vero, cui Co-
tes: quibus ita prescri-
nelli defensionem in m-
istam defensionem in m-
summa voluntate, pu-
riam Consulẽ factum
vaticinando sperare te
bus ille dies acerbitum
lit: tantum tui respon-
cum per meum nomen
bere, crudelitatem vel-
saturate curretis. Scri-
pero a te, vt mihi igno-
tem, & veratorem Res-
ri discessum increpas-
reuocatum. At enim d-
li vero quisque vit exci-
suis ciuibus Resp. cau-
tu responsa, insolens v-
nemo auxilium requi-
omnia denique bonarum
natus consula, populi
me, Resp. causa esse fa-
tatis, prestantius mihi
moriã mei nominis
vnius mei salute esse
dixisti senatui populo
diritate atque immu-
ne. Atque vt aliquando
quatur, non est sane
ris. Duo sunt tempora
salutis. honos talis
tis, quanto nemini, t-
in salute, expectamus
feram, de te ipso ho-
pates, huic ciuitati,
rum bonis, fortunis,
gionibus, melius fuis-
deris, aut ita impede-
quãdo ista, que sunt
Atque illud tenebre offi-
tes in adolescentia
gnitas, vt adolescentia
P. Sestio, qui hic nihil
tare. Quero abs te, t-
te vix inuitis omnibus
tu, cui tibi magno cla-
los, vt inde aurum exp-
sed portitorẽ ad partem
tacissime scrutaretur.
nau egredientes terr-
teolis manus esse ali-
etis ne legatus in vit-

sed recognoscendū. constabat tamen Cornelium consiliū illo die dimisisse, intercessionē paruisse. Tu vero, cui Cornelii defensio displicet, quā causam ad patronos tuos, aut quā deus afferes: quibus iam prescribis, quanto illis probro futurum sit, si te defenderint: cū tu mihi Cornelii defensionem in maledictis obiciendā putaris. Attamen hoc Vatini memero: paulo post istam defensionem meā, quā tu bonis viris displicuisse dicis, me cum vniuersi Populi Romae summa voluntate, tū optimi cuiusque singulari studio magnificentissime post hominū memoriam Consulē factum: omniaque ea me pudenter viuendo consecutū fuisse, quae tu impudenter vaticinando sperare te sepe dixisti. Nam quod mihi discessum obiecasti meum: & quod horum, quibus ille dies acerbissimus fuit, qui idem tibi letissimus, luctum & gemitum renouare voluisti: tantum tibi respondebo: me cum tu, ceteraque Reip. pestes armorum causam querebatis, & cum per meum nomen fortunas locupletum diripere, sanguinem principum ciuitatis exorbere, crudelitatem vestram, odiumque diuturnum, quod in bonos iam inueteratum habebatis, saturare cuperetis, scelus & furorem vestrum cedendo maluisse frangere, quā resistendo. Quare peto a te, vt mihi ignoscas Vatini, cum patrie pepercerim, quā seruaram: & si ego te perditorem, & vexatorem Reipublice fero, tu me conseruatorem & custodem feras. Deinde eius viri discessum increpas, quem vides omnium ciuium desiderio, ipsius denique Reip. luctu, esse reuocatum. At enim dixisti non mea, sed Reip. causa homines de meo reditu laborasse. quasi vero quisque vir excellenti animo in Remp. ingressus, optabilius quicquam arbitraretur, quā se a suis ciuibus Reip. causa diligi. scilicet aspera mea natura, difficilis aditus, grauis vultus, superba responsa, insolens vita: nemo humanitatem meam, nemo consuetudinem, nemo consiliū, nemo auxilium requirebat: cuius desiderio (vt haec minima dicā) forū mcestū, muta Curia, omnia denique bonarum artium studia siluerunt. Sed nihil sit factum mea causa: omnia illa Senatus consulta, populi iussa, Italiae totius, cunctarū societatum, collegiorum omnium decreta de me, Reip. causa esse facta fateamur. quod ergo homo imperitissime solide laudis ac vere dignitatis, praestantius mihi potuit accidere: quid optabilius ad immortalitatem gloriae, atque ad memoriam mei nominis sempiternā: quā omnis hoc ciues meos iudicare, ciuitatis salutem cum vnus mei salute esse coniunctā: quod quidem ego tibi reddo tuum. nam vt tu me charum esse dixisti senatui populoque Romano, non tam mea causa quā Reip. nomine: sic ego te, quā sis omni diritate atque immanitate teterrimus, tamē dico esse odio ciuitati, non tā tuo, quā Reip. nomine. Atque vt aliquando ad te veniam, de me hoc sit extremū: quid quisque nostrum de se ipse loquatur, non est sane, non est requirendū: boni viri iudicent, id est maximū momenti & potestatis. Duo sunt tempora quibus nostrorum ciuium spectentur iudicia de nobis: vnū honoris, alterum salutis. honos talis Populi Romae voluntate paucis est delatus, ac mihi. salus tanto studio ciuitatis, quanto nemini, reddita. de te autem homines quid sentiant, in honore experti sumus. in salute, expectamus. Et vt me cum homine vno non solum impudentissimo atque infimo conferam, de te ipso homine & arrogatissimo & mihi inimicissimo, quero Vatini: vtrum tandem putes, huic ciuitati, huic Reip. huic vrbī, his templis, aedibus, curiis, viris his quos vides, hominum bonis, fortunis, liberis, ciuibus, ceteris denique deorum immortalium delubris, auspiciis, religionibus, melius fuisse, & praestabilius, me ciuē in hac ciuitate nasci, an te: cū mihi haec responderis, aut ita impudenter, vt manus a te homines vix abstinere possint: aut ita dolenter, vt aliquando ista, quae sunt inflata, rumpan: tum memoriter respondeto ad ea, quae de te ipso rogaro. Atque illud tenebrosissimū tempus ineuntis aetatis tuae patiat latere. licet impune per me parietes in adolescentia profuderis, vicinos copularis, matrem verberaris: habeat hoc praemium tua indignitas, vt adolescentiae turpitudine obscuritate, & sordibus tuis obtegatur. questuram petisti cum P. Sestio, cū hic nihil loqueretur, nisi quod agebat: tu de altero Consulatu gerendo te diceres cogitare. Quero abs te, teneas ne memoria, cū P. Sestius Quaestor sit cunctis suffragiis factus, tūc te vix inuitis omnibus non populi beneficio, sed Consulis, extremū adhaesisse: in eo magistratu, cū tibi magno clamore aquaria pravincia sorte obtigisset, missus ne sis a me consule Puteolos, vt inde aurum exportari, argentumque prohiberes: in eo negotio, cū te non custodem ad corinēdas, sed portitorē ad partiendas merces missum putares: cūque omnium domos, apothecas, nauis, fueracissime scrutarere, hominesque negotia gerentes iudiciis iniquissimis irretires, mercatores e nauis egredientes terreres, cōscendentes morarere: teneas ne memoria, tibi in conuentu Puteolis manus esse allatas: ad me consulē Puteolanorum querelas esse delatas: post questuram, exieris ne legatus in vltiorē Hispaniam C. Cosconio Proconsule: cū illud iter Hispaniense pedi

Duo tempora quibus iudicia ciuium spectentur.

Memoriter respondeto.

Apothecae, fueracissime me.

Oratio

bus fere confici soleat: aut si quis nauigare velit, certa sit ratio nauigandi: ueneris ne in Sa-
diniā: atq; inde in Africā: fueris ne, qd sine Senatus C. tibi facere nō licuit, in regno Hiem-
psalis: fueris ne in regno Mastanesosi: ueneris ne ad fretū per Mauritiā: quē scis vnq; Lega-
tum Hispaniēsem in illā puinciā istis itineribus peruenisse: Factus es Tribunus plebis, quid
em̄ te de Hispaniēsis flagitiis tuis, sordidissimisq; furtis interrogē: quēro primū qd genus
improbitalis, & sceleris in eo magistratu p̄termiseris: Ac tibi iā inde p̄scribo, ne tuas sordes
cum clarissimorū uirorū splendore permisceas, ego te, quēcūq; rogabo, de te ipso rogabo: ne
q; te ex amplissimi uiri dignitate, sed ex tuis tenebris extrahā: omniaq; mea tela sic in te con-
iciuntur, ut nemo p̄ tuū latus (qd soles dicere) sauciet. in tuis pulmonibus, & uisceribus ad-
herent. Et quoniā omnium rerū magnarū a diis immortalib; principia ducunt, uolo ut mi-
hi respōdeas tu, q te Pythagoricum soles dicere, & hoīs doctissimi nomē tuis immanibus, &
barbaris morib; p̄ndere, q̄ tāra prauitas te mētis tenuerit: q̄ tārus furor: ut, cū inaudita ac
nefaria sacra susceperis: cū inferorū animas elicere, cū puerorū extis deos manes mactare so-
les: auspicia, qbus hęc vrbs cōdita est, qbus oīs Resp. atq; imperiū tenet, contempseris: in initio
q; Tribunatus tui Senatū denūciaris, tuis actionibus Augurū respōsa, atq; eius Collegii ar-
rogantiā impedimēto nō futurā: Secundū ea q̄ro, seruaris ne in eo fidē: nūquādo tibi morā
attulerit, quo minus cōciliū aduocares, legēq; ferres, q̄ eo die scires de celo esse seruātū: Et
quoniā hic locus vnus est, quē tibi cū Cēsare cōmunē esse dicas, seiungā te ab illo, nō solum
Reip. causa, uerū etiā Cēsaris, nequa ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspergi
uideat. Primū q̄ro nū tu Senatū causam tuā pmittas, qd facit Cēsar: deinde q̄ sit auctoritas
eius, q se alterius facto nō suo defendit: deinde Cerumpet em̄ aliquādo ex me uera uox, & di-
cam sine cūctatione qd sentio) si iā uolētior aliqua in re C. Cēsar fuisse: si eū magnitudo cō-
tentionis, studiū glorię, prestās animus, excellens nobilitas aliquo impulisset: qd in illo uirō,
& tum ferendū esset, & maximis rebus quas postea gessit, obliterandū: id tu tibi furcifer su-
mes: & Vatiniū latronis ac sacrilegi uox audiet, hoc postulāris, ut idē sibi cōcedat, qd Cēsari:
sic em̄ ex te q̄ro: Tribunus ple. fuisti, seiūge te a Cōsule, collegas habuisti uiros fortis nouē,
ex his tres erāt, quos tu quotidie sciebas de celo seruare, quos irridebas, quos priuatos esse
dicebas, de qb; duos p̄textatos sedētes uides, te ēdilitia p̄texta in togā quā frustra cōfeceras
uendidisse. terriū scis, ex illo obsessō, atq; afflictō Tribunatu, Cōsularē auctoritatē, hoīem eē
adulescentē cōsecutū, reliqui sex fuerunt: ex qbus partim plane tecū sentiebāt, partim mediū
quēdā cursum tenebāt, omēs habuerunt leges pmulgatas. in his multas meus necessarius,
etiā de mea sententiā, C. Cosconius iudex noster: quē, disrupis, cū ēdilitiū uides. Uolo ut mi-
hi respōdeas, nū quis ex toto collegio legē sit ausus ferre p̄ter unū te: q̄ tāra in te fuit auda-
cia: quā tanta uis: ut cū tui nouem collegē sibi timendū esse duxerint, id vnus tu emersus e
cœno, omnium facile omnibus infimus, contemnendū, despiciendū, irridendū putares: nū quē
post urbē conditā scias Tribunū ple. egisse cū plebe, cū cōstaret seruātū esse de celo: Simul eti-
am illud uolo uti respōdeas: cū te tribuno plebis esset etiā tū in Rep. lex Helia & Fusia: q̄ le-
ges sepe numero tribunitios furores debilitarunt, & represserunt: quas cōtra p̄ter te nemo
vnq; est facere conatus: q̄ quidē leges anno p̄sidētibus in tēplo nō duobus Cōsulibus, sed pro-
ditoribus huius ciuitatis, ac pestibus, vna cū auspiciis, cū intercessionibus, cū omni iure pu-
blico cōflagrauerūt: ecquādo dubitaris cōtra eas leges cū plebe agere: nū quē ex oibus Tri-
bunis Pl. quicūq; seditiosi fuerint, tā audacē audieris fuisse, ut vnq; cōtra legē Helia aut Fusi-
am conciliū cōuocaret: Quēro etiā illud ex te: conat; ne sis, uolueris ne, deniq; cogitaris: est
enim res eiusmodi, ut si tibi in mentē modo uenit, nemo sit, q te villo cruciatu esse indignū
putet. cogitaris ne, in illo tuo intolerabili nō regno, nā cupis id audire, sed latrocipio, augu-
rem fieri p̄ Q. Metello: cū ut quicūq; te aspexisset, duplicē dolorē gemitūq; susciperet, & ex
desiderio clarissimi & fortissimi ciuis, & ex honore turpissimi atq; improbissimi. adeo ne nō
labefactā Remp. te tribuno, neq; conuassatā ciuitatē, sed captā hanc urbē, atq; euersam pu-
rares, ut augurē Vatiniū ferre possemus: Hoc loco quēro, si id quod concupieras, Augur fa-
ctus esses: in qua tua cogitatione nos, q te oderamus, uix dolorē ferebamus: illi autē, quibus
eras in delitiis, uix risum tenebant. sed quēro, si ad cetera uulnera, qb; putasti Remp. deleri,
hęc quoq; mortiferā plagā inflixisses auguratus tui: utrū decreturus fueris id, quod Augu-
res omnes vsq; a Romulo decreuerunt, Ioue fulgente cum populo agi nefas esse: an q̄ tua
semper sic egisses auspicia, fueris auguria dissoluturus: Ac ne diutius loquar de augura-

Pulmones.

Mactare de
os manes.

Scdm ea.

Furcifer.

Ioue fulgē
te.

In V

tu tuo, q̄ inuitus fac-
rum, sed etiā vrbe, au-
lo uti mihi respōdeas
potens irascere, qui al-
tantū animo ab actō
Valeria Collegii r
quē Cōsul populi R
diorū hoīm incitata
necem duceret: q̄ro
facinor; sis imitator
noie C. Cēsaris clemē-
tia, tēplis, locis oib; u-
legū, sed iam p̄sidio
bulū domo vi extrah-
exiliū esse nō poterit.
rānos uocas, fueris ne
nus: qui primū eam r-
uerrere, deinde sancti-
cia Sarutim, & in co-
Syllana arma uixerunt
clusum obsederis, ex-
dicitate, sed etiā ex di-
& p̄cipis tollere, &
esset se cū telo fuisse,
in concione producit
auctoritatis exquisitē
dicem Vectiū linguā
concione tua rogat
quibus e ciuitate
inclusionē cōtentus
bas: L. Lucullū, cuius
vehementius inuid
libertate cōmuni te
fuit, delere uoluit:
nii, quē tu propter
est, atq; erat, ante al-
erat eo tempore Ga-
illam labem, pestemq;
filium eodē indicio,
Macedoniā obtinebat
holtes, legibus ceteris
atq; in eundē hūc nu-
beo, q̄ me ex fortis
ror tuus: ut cū iam V-
setq; de hostris, cum
equos nam alios poss-
qui in summa copia
itemq; M. Latentem
impurissime & per d-
premia amplissima q̄
fregis ne in carcere
leris in te ipsum quē
ticiendis tulisset: ut
lex esset equa proma

In Vatiniū Testem. Fo. CXCIII.

tu tuo, q̄ inuitus facio, vt recorder ruinas reip. neq̄ em̄ te vnq̄, stāte nō modo maiestate ho-
rum, sed etiā vrbe, augurē fore putasti: verūtāmē vt somnia tua relinquā, ad scelera veniā, vo-
lo vti mihi respōdeas: cū M. Bibulū consulē nō dicā bene de Rep. sentientē, ne tu mihi homo
potens irascare, qui ab eo dissentisti: sed hoīem certe nūq̄ progredientē, nihil Reip. molientē,
tantū animo ab actionibus tuis dissentientē: cū eū tu consulē in vincula duceres, & a tabula
Valeria Collegē tui mitti iuberent: feceris ne ante rostra pontē continuatis tribunalibus: per
quē Cōsul populi Ro. moderatissim⁹, & cōstantissimus, sublato auxilio, exclusis amicis, vi per
ditorū hōim incitata, turpissim⁹ miserim⁹q̄ spectaculo nō in carcerē, sed ad suppliciu & ad
necem duceret: quēro nū quis ante te tā fuerit nefarius, qui id fecerit: vt sciam⁹ vtrū veterū
facinor⁹ sis imitator, an inuētor nouorū. idēq̄ tu, cū his atq̄ huiusmodi cōsiliis ac facinorib⁹,
noīe C. Cēsaris clemētissim⁹, atq̄ optimi viri, scelere vero atq̄ audacia tua, M. Bibulū foro, cu-
ria, tēplis, locis oībus expulisses, inclusum domi cōtineres: cūq̄ nō maiestate imperiū, nō iure
legū, sed ianue p̄sidio & parietū custodiis consulis vita tegeret: miseris ne viatorē, qui M. Bi-
bulū domo vi extraheret: vt qđ est in priuatis semp obseruatū, id te Tri. Ple. Consuli, domus
exiliū esse nō posset. simulq̄ mihi respōdeto, tu qui nos, q̄ de cōmuni salute cōsentimus, Ty-
rānos vocas, fueris ne nō Tri. ple. sed intolerādus ex cœno nescio quo atq̄ ex tenebris Tyran-
nus: qui primū eam rēp. quē auspiciis inuentis cōstituta est, isdē auspiciis sublati conarere p-
uertere. deinde sanctissimas leges, Heliā & Fusiā dico, quē in Gracchorū ferocitate, & in auda-
cia Saturnini, & in colluione Drusi, & in cōtentione Sulpitiū, & in cruore Cinnanō, & inter
Syllana arma vixerunt, solus cōculcaris, & pro nihilo putaris, qui consulē mortī adieceris, in-
clusum obsederis, extrahere ex suis tectis conatus sis, q̄ ex eo magistratu, nō emerferis ex mē-
dicitate, sed etiā ex diuitiis nos iam tuis terras, fueris ne tanta crudelitate, vt delectos viros,
& p̄ici pes tollere, & delere tua rogatione conareris: Cū em̄ L. Vectiū, qui in Senatu cōfessus
esset se cū telo fuisse, Cn. Pōpeio summo & clarissimo ciui suis manibus necē afferre voluisse,
in concionē produxeris indicē in rostris, in illo inquā augurato tēplo ac loco collocaris, quo
auctoritatis exquirendē causa ceteri Tri. ple. principes ciuitatis ducere cōsueuerunt, ibi tu in
dicem Vectiū linguā & vocē suā scelerī & menti tuę p̄bere voluisti, vt diceret L. Vectius in
concione tua rogatus a te, se auctores & impulsores & socios habuisse sceleris illi⁹, eos viros
quibus e ciuitate sublati, qđ tu eo tēpore moliebare, ciuitas stare nō posset. M. Bibulū, cuius
inclusionē cōtentus nō eras, interficere volueras, spoliaueras cōsulatu, patria priuare cupie-
bas: L. Lucullū, cuius tu reb⁹ gestis, q̄ ipse ad imperatorias laudes a puero videlicet spectaras,
vehementius inuidebas: Curionē, perpetuū hostē improborū omniū, auctorē publici consilii,
libertate cōmuni tuenda maxime liberū, cū Rep. coniunctiorē etiā, q̄ ab illa etate postulandū
fuit, delere voluisti: L. Domitiū, cuius dignitas & splendor perstringebat credo oculos Vati-
niū, quē tu propter cōmune odiū in bonos oderas, in posterū propter omniū spem, quē de illo
est, atq̄ erat, ante aliquanto timebas: L. Lentulū hunc iudicē nostrū Flaminem Martialem, q̄
erat eo tempore Gabiniū tui cōpetitor, eiusdem Vectiū indicio opprimere voluisti, qui si tum
illam labem, pestemq̄ vicisset, qđ & tuo scelere non licuit, Respu. victa non esset. huius etiam
filium eodē indicio, & crimine ad patris interitū aggregare voluisti. L. Paulū, qui tū quæstor
Macedoniā obtinebat, quē ciuem: quē virū! qui duos nefarios patriæ proditores, domesticos
hostes, legibus exterminarat, hominē ad cōseruandā Rempu. natum, in idē Vectiū indicium,
atq̄ in eundē hūc numerū cōgregasti. Quid ego de me querar: qui etiā gratias tibi agere de-
beo, q̄ me ex fortissimorū ciuiū numero ieiungendū non putaris! Sed qui fuit ille tantus fu-
ror tuus: vt cū iam Vectius ad arbitriū tuū perorasset, & ciuitatis lumina notasset, descēdis-
setq̄ de rostris, eum repente reuocares, colloquerere populo Ro. vidente. deinde interrogares
ecquosnam alios posset nominare: inculcaris ne etiam, vt C. Pisonē generū meum nominaret:
qui in summa copia optimorū adolescentiū, parī continentia, virtute, pietate, reliquit neminē,
itemq̄ M. Laterensem hominē dies, ac noctes de laude, & de Repu. cogitantē: promulgaris ne
impurissime & perditissime hostis, quēstionē de tot amplissimis & talib⁹ viris! indici Vectio
p̄mia amplissima: quibus rebus omnium mortaliū non voluntate, sed conuitio repudiatis,
fregeris ne in carcere ceruices ipsi Vectio, ne qđ indicium corrupti indicii extaret, eiusq̄ sce-
leris in te ipsum quēstio flagitare! Et quoniā crebro vsurpas, legem te de alternis consiliis re-
iiciendis tulisse: vt omnes intelligant te ne recte quidē facere sine scelere potuisse: quēro, cum
lex esset equa promulgata initio magistratus, multas etiā alias tulisses, expectaris ne cum C.

Tabula
Valeria

Viator

Lex Heliā,
& Fusiā,
Mortū adii-
cere,

Oratio

Antonius reus fieret apud Cn. Lentulū, Q. Claudiū: & postea q̄ ille est reus factus, statim tulē
ris in eū, qui tuam post legē reus factus esset, vt homo consularis exclusus miser puncto tem
poris spoliare beneficio, & equitate legis tuę: Dices familiaritatem tibi fuisse cū Q. Maximo,
preclara defensio facinoris tui, nā Maximi quidem summa laus est, sumptis inimicitias, susce
pta causa, quęstione, cōsilioq; delecto, commodiorē inimico suo contentionē reiectionis dare
noluisse: nihilq; Maximus fecit alienū aut sua virtute, aut illis viris clarissimis Paulis, Maxi
mis, Africanis: quorū gloriam huius virtute renouatam non modo speramus, verū etiam
iam videmus. tua fraus, tuū maleficiū, tuū scelus illud est, te id qđ promulgasses misericordię
nomine, ad crudelitatis tempus distulisse. At nunc quidē C. Antonius hac vna te miserā suā
solatur, qđ imagines patris, & fratris sui, fratrisq; filiam, non in familia sed in carcere colloca
tas audire maluit q̄ videre. Quoniā pecuniam aliorum despicias, de tuis diuitiis intolerantiss
sime gloriaris, volo vt mihi respondeas, feceris ne fœdera tribunus ple. cū ciuitatibus, cū re
gibus, cū Terrarchis: erogaris ne pecunias ex arario tuis legib; eripueris ne partes illo tēpo
re charissimas partim a Cæsare, partim a publicanis: Quæ cū ita sint, q̄ro ex te, sis ne ex pauper
rimo diues factus in illo ipso anno, quo lex lata est de pecuniis repetūdis acerrime: vt oēs in
telligere possent, a te non modo nostra acta, quos Tyrannos vocas, sed etiā amicissimī tui le
gem esse contēptam. apud quem tu etiā nos criminari soles, qui illi sumus amicissimī: & con
tumeliosissime toties maledicas, quoties illi affinem te esse dicis. Atq; illud etiam scire ex te
cupio, quo consilio aut qua mente feceris, vt in epulo Q. Arii familiaris mei cum toga pulla
accumberes: quē vnq̄ videris: quē audieris: quo exemplo, quo more feceris: Dices supplicatio
nes te illas non probasse, optime. nullę fuerint supplicationes, vides ne me nihil de anni illius
causa, nihil de eo qđ tibi cum summis viris cōmune esse videat, sed de tuis propriis scelerib;
ex te quęrere: nulla supplicatio fuerit. cedo quis vnq̄ cœnauit atratus: ita em̄ illud epulū est
funebre, vt munus sit funeris, epulę quidem ipsę dignitatis. Sed opiteco epulū populi Ro. fe
stum diem, argēto, veste, omni apparatu ornaturq; visendo, quis vnq̄ in luctu domestico, quis
in funere familiari cœnauit cū toga pulla: cui de balneis exeunti, p̄ter te, toga pulla data ē: cū
tot hoīm millia accūberēt, cū ipse epuli dñs Q. Arius albatuſ esset, tu in tēplū Castoris te cū
C. Fidulo atrato ceterisq; tuis furis funestū intulisti. q̄s tū nō ingemuit: q̄s non doluit Reip.
casum: quis sermo alius in illo epulo fuit, nisi hanc tantā & tam grauem ciuitatē subiectam
esse nō modo furorī, verum etiā irrisioni tuę: Hunc tu morē ignorabas: nunq̄ epulū videras
nunq̄ puer aut adolescens inter coęuos fueras: Fausti adolescentis nobilissimi paulo ante ex
epulo magnificentissimo famem illā veterem tuā non expleras: quē accumbere atratum vide
ras: dominū cū toga pulla & eius amicos ante conuiuī: quę te tanta tenuit amentia, vt tum
nisi id fecisses, qđ fas non fuit, nisi violasses templū Castoris, nomen epuli, oculos ciuium, mo
rem veterē, eius, qui te inuitarat, auctoritatē, parū putares testificatū esse, supplicationes te il
las nō putare: Quęro illud etiā ex te qđ priuatus admisisti: in quo certe iam tibi dicere nō li
cebit, cū clarissimis viris causam tuā esse coniunctā: postulatus ne sis lege Licinia & Iulia: edi
xerit ne Memmius Prętor ex ea lege, vt adesses die tricesimo: cū is dies venisset, feceris ne, qđ
in hac Rep. non modo factum ante nunq̄ est, sed in omni memoria sit omnino inauditū: ap
pellaris ne tribunos plebis, ne causam diceres: leuius dixi: qđ id ipsum esset, & nouū, & non fe
rendū: sed appellaris ne noiatim pestem illi? anni: furiam patrię: tempestatem Reip. Clodius: qui
tñ, cum iure, cū more, cum potestate iudiciū impedire non posset, rediit ad illā vim, & furorē
suum, ducēq; se militibus tuis prębuit. in quo ne quid a me dictū in te potius putes, q̄ abs te
esse quęsitum, nullum onus imponā mihi testimonii: quę mihi breui tēpore ex eodē isto lo
co video esse seruanda, vel dicenda, seruabo: teq; non arguā: sed vt in ceteris rebus feci, roga
bo. Quęro ex te Vatini, nū quis in hac ciuitate post urbem conditā Tribunos ple. appellarit,
ne causam diceret: nū quis reus in tribunal sui quęstoris ascenderit: eūq; vi deturbarit: sub
sellia dissiparit: vrnas deleuerit: easq; deniq; omnes res in iudicio deturbando cōmiserit, qua
rum rerum causa iudicia sunt cōstituta: scias ne tum fugisse Memmiū: accusatores esse tuos,
de tuis tuorūq; manibus ereptos: Iudices quęstionū de proximis tribunalibus esse depulsos:
in foro, in luce, inspectante populo Ro. quęstionē magistratus, morem maiorū, leges, iudices,
rerū pœnam esse sublatā: hæc omnia scias ne diligentia. Volo etiā audire de te, quo tandē se
natuſconsulto Legatus sis: de gestu intelligo, quid respondeas: tua lege dicis, es ne igitur pa
trię certissimus parricida: speraras ne id, vt Patres cōscripti ex Rep. funditus tollerentur: ne

Reiectio.

Atratus ne
mo cœna
uit. *

Albatuſ.

Quęro ex
te.

Intelligo
de gestu.

Pro

hæc quidem senatus
te legaturus: adeo
tus: adeo misera &
interpretes, non bel
maiorū delegere
di iudiciū, ararū
mi cōsiliū gubernatio
men factū, vt popu
sule: ante te temo
maior es malo ma
q̄ tantū es improba
quare, cum ego legem
esse legem non puten
omnia contemnis, ac
amote in te incredib
nam tibi dixerit: Cæs
preteream permolir
q̄ etiam se ferre Pre
quendam, de Variat
nihil fecisse: qui com
te suę dignitatis aug
sus, tamen te omni
vt repulſam tuam
nem facit, quin ex
malū detestant: h
improbo demigrarū
vniuersorum homi
popularem te velis
q̄ copiose mihi ad
mo de ipsa causa ro
iisdem verbis laud
dem nuper cupid
Clodianas operas,
Bestiaris obsediſſ
virtute, fide, const
nonnullam laudari
qui a te vituperatū
Seltio consiliorum
disiungere: non arg
me tributum esse v

gratia, accusari ad e

hac quidem senatui relinquebas, quæ nemo unquam ademit, ut legati ex eius ordinis auctoritate legarentur: adeo ne tibi sordidum Consilium publicum visum est: adeo afflictus senatus: adeo misera & prostrata Respublica: ut non nuncios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici consilii auctores, non ministros muneris prouincialis Senatus more maiorum delegere posset: eripueras Senatui prouinciæ decernendæ potestatem, imperatoris deligendi iudicium, ararii dispensatione: quæ nunquam sibi populus Ro. appetiuit, qui nunquam hæc a summi consilii gubernatione auferre conatus est. Age, factum est horum aliquid in aliis, raro: sed tamen factum, ut populus deligeret Imperatorem, quis Legatos unquam audiuit sine senatusconsulto: ante te nemo, post te continuo fecit idem in duobus prodigiis Reip. Clodius, quo etiam maiore es malo mactandus, quod non solum facto tuo, sed etiam exemplo Remp. vulnerasti: ne quod tantum es improbus ipse, sed etiam alios docere voluisti. Atque illud etiam audire a te cupio, quare, cum ego legem de ambitu ex senatusconsulto tulerim salua lege Helia & Fusia, tu eam esse legem non putes: præsertim cum ego legibus tuis quoquo modo late sint, paream: Ac si hæc omnia contemnis, ac despicias, quod ita tibi persuaseris, ut palam dicat, te diis hominibusque inuitis, amore in te incredibili quodam Cæsaris, omnia, quæ velis, consecuturum: ecquid audieris: ecquis nam tibi dixerit: Cæsarem nuper Aquileiæ, cum de quibusdam esset mentio facta, dixisse C. Alfiu præteritum permoleste tulisse, quod in homine summam fidem probitatemque cognosset: grauiter quod etiam se ferre Prætorum aliquem esse factum, qui a suis rationibus dissentisset, tum quæsisse quendam, de Vatiniio, quemadmodum ferret ipsum respondisse, Vatiniu in Tribunatu gratis nihil fecisse: qui omnia in pecunia posuisset, honore animo æquo carere debere, quod si ipse, qui te suæ dignitatis augendæ causa, periculo tuo, nullo suo delicto ferri præcipitem est facile passus, tamen te omni honore indignissimum iudicat: si te vicini, si affines, si tribules ita oderunt, ut repulsam tuam triumphum suum duxerint: si nemo aspicit, quin ingemiscat: nemo mentionem facit, quin execretur: si vitant, fugiunt, audire de te nolunt: cum viderint, tanquam auspiciu malum detestantur: si cognati respuunt, vicini metuunt, affines erubescunt, si Romam denique ab ore improbo demigrarunt, & aliis iam se locis collocarunt: si es odium publicum populi, Senatus, vniuersorum hominum: quid est quamobrem Præturam potius exoptes, quam mortem: præsertim cum popularem te velis esse, neque vlla in re populo gratius facere possis. Sed ut aliquando audiam, quam copiose mihi ad interrogata respondeas, concludam iam interrogationem meam, teque in extremo de ipsa causa rogabo. Quæro quæ tanta in te vanitas, tanta leuitas fuerit: ut T. Anniu inisdem verbis laudares, quibus eum laudare & boni viri & boni ciues consueuerunt: cum in eundem nuper cupidissime falsum testimonium dixeris: An erit hæc optio & potestas tua: ut cum Clodianas operas, & facinorosorum hominum manum videris, Milonem dicas Gladiatoribus, & Bestiaris obsedis rempublicam: cum autem ad tales viros veneris, non audeas ciuem singulari virtute, fide, constantia, vituperare: Sed cum T. Anniu tantopere laudes, & clarissimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aspergas: in illorum enim numero mauius T. Annius esse, qui a te vituperatur: verum etiam quero, cum in Republica administranda T. Annio cum P. Sestio consiliorum omnium societas fuerit, qui possis eos, quos crimine coniungis, testimonio disiungere: non arguo inconstantiam rationis ac testimonii tui, ne quid tibi auctoritatis, a me tributum esse videatur.

Mactandus malo.

Vatiniianum odium.

Bestiarum.

Latus a viro illaudato turpis.

Desit fortasse quippiam.

PRO M. CAELIO. ORATIO. XXXV.



In quis Iudices forte nunc adfit ignarus legum, iudiciorum, consuetudinis vestre, miretur profecto, quæ sit tanta atrocitas huiusce caute, quod diebus festis, ludisque publicis, omnibusque negotiis forensibus intermissis, unum hoc iudicium exerceatur, nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, ut eo neglecto, ciuitas stare non possit. Idem cum audiat esse legem, quæ de seditiosis, sceleratisque ciuibus, qui armati Senatum obsederint, magistratibus vini attulerint, Remp. oppugnaverint, quotidie queri iubeat: legem non improbet: crimen quod versetur in iudicio requirat. cum audiat nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in iudicium vocari: sed adulescentem illustri ingenio, industria, gratia, accusari ab eius filio, quem ipse in iudicium & vocet & vocarit: oppugnari autem opibus me